

ORNATISSIMO PRESTAN

tissimoq; viro, D. Joāni Stofflerino Iustingenē, Astronomie
expertissimo, Germano ac Sueuo domino suo
obseruando; Iacobus Köbel Pro-
thonotarius Oppenhey-
mēn sese cōmēda-
tū facit,



AMETSI EMINENTISSI

me, D. Astronome/ In hoc tuo Astrolabico opello dignissimo & pla-
ne clarissimo imprimendo/ omnē operā meam atq; industriam quā-
tum virium daretur collocauerim: Vereor tñ/ vbi diurnis & is quidē maximis & cō-
tinentibus calchographie laboribus: propter multijuga quibus assidue distineor ne-
gotia/ superesse non potuerim: non omnia ad libellam absoluta: sed perfunctorie &
obiter transacta ac festinata esse, Quare/ cum nullares potest esse simul festinata &
examinata/ dictiones ac littere nō nunq; inuerse ac transposite sunt: nec quod cōpo-
situm est noua emendatione reuideri aut obelo confodi poterat: Atq; ea ipsa quātu-
lacūq; sint, Quāuis neq; sententiā peruertant/ neq; intelligentie nubeculā obijciant:
Imo vel ab Anniculo puero castigationis limam expectare possint, Emulorū tñ atq;
imperite multitudinis iniquā censuram grauiter ferre existimandum est qui vt nihil
preclari/ nihil excelsi intelligunt, ita pro eorū ignauia & ruditate ad carpendum sunt
propensiores: eorūq; magis oculorum extendunt obtutū: vbi mentis acies/ vis animi
atq; ingenij acrimonia in ipis penitus abest, Preposteram sicubi conspexerint sillabā
rident/ lancinant/ & veluti monstrum quoddam se comperisse existimāt: et virulen-
to (vt est eorū natura) dente corrodunt, Ad corrigendū vero & emaculandum sen-
sus obstruosos & ad euoluendum inuoluta, Asini sunt plumbei/ inerticuli/ stolidi &
prorsus insulsi, Ad reprimendum igiē liuidulorū lasciuam importunitatem: et ad ses-
dandum aliquātis per futuros intidie morsus: cum precipue astronomice discipline
vestigatio maiorem & operam & diligentiam efflagitet: tum lumen tam rationis q̄
oculorum acutius/ ac solertiam quandam singularem plus ceteris artib⁹/ in ipsa per-
ficienda exhiberi: opere precium sit, Ad tollendum quoq; omnem huius opusculi
ambiguitatem/ ad conciliandam lectoris gratiam ac fauorem/ vt nulla in parte ve-
rissimis astronomie preceptionibus auelli queat, vt in hoc ipso libello legēdo/ pra-
ctitandoq; laborem nō frustra collicasse videatur, Sed ipsius auctoritate atq; eminē-
tia suffultus/ certis demonstrationib⁹ prorsus inniti valeat, Tuam humanitatē: ex re-
iterum atq; iterum q̄ deuotissime precor/ hoc tuum opusculum sic nouiter a me ex-
cussum: anteaq; edatur/ denuo reuideri & ad amussim examinare digneris, Singula
illius sensa/ verba/ Sifras/ litteras/ tabulas/ figuras diligēter introspicere/ rimare et ex-
actissima iudicij tui lima emendare/ venustare/ ac pristīne claritati restituere omīno
cures, quo vtentibus huius libelli instrumento practice iudicia: & demonstratiōes/
veriores certiores & infallibiliores videantur/ habeantur/ inueniantur, Vnde & can-
didi in eo lectores oblectati attentiores ac benigniores fiant atq; permaneant, Ceterū
vt nihil in eo desideretur, Visum est vt conficias correctorium atq; summarium: aut
potius Indicem omnium propositionum/ definitionum/ diuisionum/ interpretatio-
num/ demonstrationum/ ac calculationum/ Preterea omnium dictionum que nota